Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

emolitur / ex inutili quoque ac perduro commodum solet fieri-
dat cum illud minime contineat / ceterum relaxet et ~~enitat~~ lique- *[margin: emittat]*
scit subinde fluitque / usque quo nunc illam maxime resoluat
ac neruis quibusdam anime precisis mollem et ignauum
reddat pugnatorem Gl. valde equidem So. Tum si quid a
natura perhumanum in illo prius fuit / cito quidem id
efficiet / Sin irascibile ad sit potius infirmum reddetque adeo
que facilem ad iram ac procliuem ut paruis quibusdam
ex causis irritetur / extinguaturque / Colerici igitur et ira-
cundi magis pro virilibus effecti discolia quadam solent *[margin: Discolia mala colera]*
repleri Gl. Certe So. Si iam autem gimnastice plurimum in-
tendat epuleturque per maxime / musicam vero philosop-
hiamque contempnat / nunc primum corpore perobtime se habens /
elatione et furore replebitur. ac se ipso demum ferocior
existet Gl. puto inquit So. Quid cum aliud nichil agat /
nullam musice operam impendat / nonne si quid sciencie ap- *[margin: Quales hii qui solum viribus corporis operam prestant]*
petibile eius inest anime / cum nichil discipline / nichil in-
vencionis / nichil racionis / aut alterius musice gustarit
debilis surdum / secumque ~~reddeet~~ reddetur tamquam non excitatum aut
innutritum / aut rite suis expurgatum sensibus Gl. profecto
So. Racionis igitur ut opinor hic fiet inimicus / inmusicus
quoque et qui nullius oracionis suauitate delectetur vi tantum
ac rusticitate / veluti fera quedam vniuersa perficere conabitur.
in iusticia itaque ac ruditate cum inmoderacione ingratitudine
que versabitur Gl. Prorsus quidem sic se habet So. Ad duo
igitur hec ut michi deum ego / ac ~~gemella~~ quasdam natas mor- *[margin: gemellas]*
talibus crediderim tribuisse musicam scilicet ac gimnasti-
cam ad irascibile vnaque philosophum / non ad corpus et *[margin: Concludit ambas ad animam spectare]*
animam ut quidam opinantur / nisi fortassis extra cor-
pus illud sit / ceterum ut extense ac remisse / ad id usque quod
necesse erat vicissim conuenirent Gla. Sic nichil inquit
apparet So. Optime ergo musicam gimnastice immiscetes *[margin: Quis perfectus musicus]*